tunc [...]
ista pu[...]
fide m[...]
se ut [...]
posse[...]
et ap[...]
rum i[...] [...]tibus quia prodesset uit
[...]erere [...]ebat incipere quando
hibeb[...] [...]batur hec civitas q
isse [...] imperaret. xxviii.

Osee igitur propheta quanto
profundius quidem
loquitur tanto operosius pe
netratur. Sed aliquid inde
sumendum est et hic ex nostra pro
missione ponendum. Et erit
in loco inquit quo dictum est
eis non populus meus vos.
vocabuntur et ipsi filii dei vivi
Hoc testimonium propheticum de vo
catione populi gentium qui
prius non pertinebat ad deum
etiam apostoli intellexerunt et quia
ipse quoque populus gentium
spiritualiter est in filiis ab
rahe ac per hoc recte dicitur israel et pro
pterea sequitur et dicit Et
congregabuntur filii iuda et
filii israel in idipsum et ponent
sibi principatum unum et as
cendent a terra. Hoc si velimus
adhuc exponere eloquium pro
pheticum obtundetur sapor.
Recolatur tamen ille lapis
angularis et duo parietes
unus ex iudeis alter ex genti
bus ille nomine filiorum iuda
iste nomine filiorum israel eidem
uni principatui suo in id
ipsum innitentes et ascenden
tes agnoscantur a terra. Istos
autem carnaliter israelitas qui
nunc nolunt credere in christum po
stea credituros id est filios eo
rum. Nam utique isti in suum lo
cum moriendo transibunt id

propheta testatur quoniam diebus
multis sedebunt filii israel sine
rege sine principe. sine sacri
ficio sine altari sine sacerdo
tio sine manifestationibus
Quis non videat nunc sic
esse iudeos. Sed quid adiungat
audiamus et postea revertentur
inquit filii israel et inquirent
dominum deum suum et david
regem suum et stupescent in
domino et in bonis eius et
in novissimis diebus. Nichil
est ista prophetia manifestius
qua david regis nomine si
gnificatus intelligitur christus
quia factus est sicut dicit
apostolus ex semine david secundum
carnem pronuntiavit iste pro
pheta etiam tertio die resur
rectionem christi futuram sicut eam
prophetica altitudine prenuntiari
oportebat ubi ait. Sana
bit nos post biduum. In die
tertio resurgemus. Secundum hoc
enim dicit nobis apostolus. Si re
surrexistis cum christo que sur
sum sunt querite. xxviiii.

Amos quoque de talibus
rebus sic prophetat. Pre
para inquit te ut invoces
deum tuum israel quia ecce ego
firmans tonitruum et cre
ans spiritum et annuntians in
hominibus christum suum. Et alio
loco. In die illa inquit re
suscitabo tabernaculum
david quod cecidit et re
edificabo que ceciderunt eius
et destructa eius resuscitabo